

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0133

LOG Titel: XXVI. Flos cariophillorum

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

currens, ferè jejuna. Quartâ Maii cinereâ texturâ sibi paratâ, vigesimâ quartâ dicti mensis hujusmodi cineream in phalænam immutata fuit.

Fusca è regione erucula hisce foliis etiam vescens eisdem quoque fuit involuta, vigesimâ sextâ Junii in aureliam immutabatur, ac decimâ quartâ Julii papiliunculus ille cinereus inde prodiit.

XXV. *Cotoneæ folia.*

Hujusmodi fuscas, flavasque erucas cotoneæ foliis enutrivì, prunorum quoque ac rosarum foliis vescabantur in vigesimam octavam usquè diem Maii, ubi una depositis exuviis in aureliam immutabatur, vigesimâ quartâ Martii subsequenti anni, hujusmodi, qualis in uno latere cum cæteris conspicitur, phalænula lignei coloris indè prodiit; cæterum hæ erucæ contractatæ profus immotæ jacent.

Erucam è regione, pruni sylvestris, cotoneæque foliis enutrivì, pauco vescabatur pabulo; ultimâ Maii fuscam in aureliolam immutabatur, ac vigesimâ die Junii cinereus hujusmodi papiliunculus, suprâ volitans, indè prodiit.

XXVI. *Flos cariophyllorum.*

Super hocce flore similes lineis rubris virgatas eruculas invenì, quo Norimbergæ eas in duodecimam usquè diem Maii nutrivì, extunc floribus sese intexentes in aurelias immutabantur, undè vigesimâ dicti mensis, hujusmodi, ochræ colore tincti scarabæoli, quorum unus suprâ florem cernitur, e ducti fuerunt.

Qualis viridi folio insidet, talis Amstelodamum allata mihi fuit eruca flava lineis nigris virgata, quæ vix à me vigesimâ secundâ Junii depicta subito sese intexit, vigesimâ die Julii sequenti indè hujusmodi phalænula prodiit.